



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

XLIV. De tonsura clericorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

ANNO
CHRISTI
398.

Hunc Canonem peruetusti codices ita habent : Christianum catholicum , qui pro catholica fide tribulationes patitur , omni honore a sacerdotibus honorandum , etiam in quotidiani victus ministerio.

XLIV.

Clericus nec comam nutriat , nec * barbam.

Alias , * barbam tondeat : ita in libro Gemblacens. Alias , barbam radat , additur in libro Gandensi sancti Bauonis , titulo : Statuta ecclesie antiqua. Pleraque autem exemplaria non habent , Radat , vel tondeat : vt sit sensus , clerico nec comam nec barbam nutriendam.

XLV.

Clericus professionem suam & in habitu & in Dist. 42. clericus profess. incessu probet : & nec vestibus , nec calceamentis decorem quærat.

XLVI.

Clericus cum extraneis mulieribus non habitet.

XLVII.

Clericus per plateas & andronas , nisi certa & maxima officii sui necessitate , non ambulet.

XLVIII.

Clericus , qui non pro emendo aliquid in Dist. 91. clericus quilibet. nundinis vel in foro deambulat , ab officio suo degradetur.

XLIX.

Clericus , qui absque corpusculi sui inæqualitate Ibid. cle. vict. vigiliis deest , stipendiis priuetur.

L.

Clericum inter tentationes ob officio suo de Ibid. cle. quili. clinantem , vel negligentius agentem , ab officio suo remouendum.

LI.

* artificio honore victum & vestitum.
Clericus , quantumlibet verbo Dei eruditus , Ibidem. * artificio victum quærat.